

*lam primariam et induite eum etc. Luc. XV, 22. Conf. B. WERNS-
DORFII Cautelae circa τὸ Practicum, Aphor. X. p. 64. seqq.*

IV.

Haec nemini displicitura credo, qui, quanta cum religione *Cura ita-*
iustificationis, fideique negotium custodiendum nobis sit, quam- *que in bis*
que uix sentiendo saepe, suppetiae hostibus ueritatis ferri que *sobria im-*
ant, sollicitius secum pensare uelint. Ast tamen non desinunt, *probabitur*
quod loca, alleganda inferius, ulterius docebunt, iusto durius loqui *nemini,*
saepissime, suumque, in *ακυρολογίαις*, Theologum dedecentibus,
quaerere postea praesidium. IO. AD. RABENIVM ferremus fa-
cile, sic confitentem: *Bey Gott gelte NICHTS, ALS seine Gebot ob dicta*
halten, in Wahren Christ; D. 8. vae namque ipse inclamat omni- *quorundam*
bus, *quibus pro stulto haberi nolit, l. c. C. 7. Ex ore utique DE-* *durissima,*
MOCRITI uox est, si blasphemum, quo nititur, fundamentum
spectes: *Es koenne Gott NICHTS gefällig seyn, als die Reinigung*
unsrer Seele, Wegweiser zum Licht und Recht, p. 88. Fraudem
namque esse Diaboli pessimam, *ab extra, per Christi imputatio-*
nem velle iustificari ac saluari, idque appellare fidem salvificam,
quum Christi niteremur merito: de absurda hac haeresi nullum
inueniri in Scriptura uestigium, l. c. p. 91. Facile detestaremur
haec talia omnes, nisi essent, qui paulo subtilius nocerent, dum,
quantum prodesse sic Ecclesiae uelint, omnium maxime, uel iacti-
tant, uel sibi minimum persuadent. Non desunt, qui, licet habe-
ant, quod maiori cum fructu et suo, et aliorum agere deberent,
his tamen animum sententiis demulcent, *uelle et desiderare re-* *aliaque as-*
missionem peccatorum, actio et Grammatica est, et Theologica; serta, non
homo, post conuersionem, ubi uires supernaturales accepit, non *minus pon-*
amplius mere passiuē se habet etc. Ab actibus fidei recte concluditur *deranda,*
ad eius actiuitatem etc. fides se habet actiue, eo temporis momen-
to, quo iustificamur etc. Nec aliorum, ubi theses ex instituto po-
nere accurate uolunt, ignotae sunt sententiae, in iustificatione
conferri Spiritum et CHARITATEM Dei, iustificationem FVN-
DARI etiam in promissione de SANCTIFICATIONE, motus fi-
dei,